

esses in principio de testament. Burgos de Paz, & Tellus Fernandez, in hac l. Gregorius Lopez, in l. 1. & 2. titulo 1. part. 6. cum alijs relatis à Spino in suo speculo in Rubr. 1. par. num. 16.

* Ad numerum 23. ibi.) Et in ea interueniunt septem testes, &c. Bonæ vitæ & famæ non criminosi nec infamati l. 1. titulo 1. part. 6. ibi, ni hombre mal infamado, vbi Gregorius gloss. 8. Castillus hic, verbo, sieta testigos, Matiençus in l. 1. titulo quarto. libro 5. Recopilat. glossa 8. numero 6.

* Ad numerum 25. ibi.) Quia fœminæ propter fragilitatem sexus, non possunt esse testes in testamento, alia ratio redditur à Viglio, quare fœminæ in testamento testes esse nequeunt, quia scilicet testimonium in testamento dicere est officium publicum & ciuile. l. si quis ex signatoribus. ff. quemadmodum testamenta aperiantur, cum autem fœminæ ab omnibus officijs ciuilibus & publicis remotæ sint, vt docet Cunsul. in l. 2. de regul. iuris, merito à testimonio dicendo repelluntur, quam rationem latius prosequitur Viglius in §. testes. instit. de testam.

* Ad numerum 29. ibi.) Tamen hodie de iure Regio, non requiruntur rogati, &c. Testes testamento adhibitos, etiam hodie de iure Regio rogatos esse debere contra domini mei Gomezij sententiam tenent Gregorius in l. 1. tit. 1. partit. 6. verbo, rogados, Burgos de Paz, hic, num. 550. & sequentibus, Menchaca de success. creatione. §. 13. numer. 64. & 65. Sed nihilominus domini mei sententia verissima est, & sic hodie iure Regio testes testamento adhibitos non debere esse rogatos, quam etiam tenet Palacios Rubeus, numero 66. cum sequentibus, asserens sufficere testes esse præsentés licet rogati non sint, quia eo ipso rogati intelliguntur, vt in l. Domitius, ff. de testament. hancque opinionem tenet Castillus hic, verbo, no haga fe, columna 2. Matiençus, qui late eam prosequitur, & defendit in l. 1. gloss. 8. num. 8. & in l. 2. gloss. 2. num. 3. titul. 4. lib. 5. Recopil.

* Ad numerum 31. ibi.) Sed vnus ex illis septem testibus potest subscribere pro ipso testatore, &c. Idem tenet Matiençus

alios referens in l. 2. titulo 4. libro 5. Recopilat. glossa 2. numeri. 3. & vide l. 1. titul. 1. part. 6. & ibi Gregorium gloss. 9. in fin. Burgos de Paz, hic, numero 1179. quod non solum in testamento in scriptis locum habet, sed in nuncupatio etiam, quia in eo testator si scribere scit se debet subscribere, vt tenet Gregorius in l. 2. titul. 1. part. 6. glossa secunda. Burgos de Paz hic, numero 1089. & 1097. Boerius decisione 165. Couarruias in capitulo cum esses in noua impressione, numero primo de testament. quos refert, & sequitur Matiençus in l. 1. titulo quarto. libro 5. Recopilat. gloss. 3. numero 7. cum sequentibus, quæ opinio vera est, & in praxi tenenda, probaturque in pragmatica de Alcalá, quæ est l. 13. titulo 25. libro 4. Recopil. quæ disponit quod in quolibet instrumento publico debet interuenire partis subscriptio.

* Ad numerum 31. ibi.) Ego teneo contrarium, prout tenet vbi supra Matiençus numero 3. Burgos de Paz hic, numero 1183. & viginti casus in quibus testium subscriptiones non requiruntur, refert Menchaca de successionum creatione. §. 14. num. 19. & sequent.

* Ad numerum 32. ibi.) Hodie tamen ista solennitas non requiritur in testibus, &c. Vide Azeuedum in l. 2. titulo 4. lib. 5. Recopilat. numero 17. Matiençum ibidem, glossa 2. numero 4. Tellum Fernandez hic, 5. part. numero 16. Gregorium Lopez in l. 4. titulo 1. part. 6. verbo, escriuir.

* Ad numerum 34. ibi.) Non valebit testamentum, &c. Huius etiam opinionis fuit Matiençus in dicta l. 2. titulo 4. libro 5. Recopilat. glossa 2. numero 4. ad medium, Spino in suo speculo Testamentorum, in 1. parte Rubricæ, num. 11. qui num. 12. rectè declarat quoad approbationem testamenti, Hispanè, otorgamiento, rectè dici vnico tantum contextu testamentum fieri debere, secus vero quantum ad contenta & disposita in testamento, quia quantum ad hæc bene recipit interuallum, & vno die incipi potest, & per plures alios interpollatim finiri.

* Ad numerum 36. ibi.) Vnde periculosum est facere testamentum in scriptis, idem